XXVI. **Q**uoniam in uerbis dam ecclesiarum utrumore coperimus preter economorum episcopi facultates ecclesiasticas tractant. Placuit omnem ecclesiam habentem episcopum habere economum de clero proprio. qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam episcopi proprii. Ita ut ecclesie dispensatio preter testimonium non sit. & ex hoc dispergantur ecclesie facultates. & sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod si hoc minime fecerit diuinis constitutionibus subiacebit. **DE HIS QUI RAPUUNT PUELLAS.**

XXVII. **E**os qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi cooperantes aut conibentes raptoribus. Decreuit sancta synodus ut si quidem clerici sunt decidant gradu proprio si uero laici anathemati tentur. **EXPLICIT TEXTUS CALCEDONENSIS CONCILII. INCIPIT CONSTITUTIO ET PROES EIVS DEM CONCORDIAE.**

Actus archidiaconus constantinopolis nouae rome legit sancta & magna uniuersalis synodus quae secundum gratiam & sanctiones piissimorum christianorumque imperatorem. ualentianam & martianam augustorum. Congregata apud calchedonam metropolim bithiniae prouinciae in martyrio sanctae martyris euphemiae statuit super adnexa. Dominus noster & saluator christi noticiam fidei confirmandis. Discipulis suis ait. Pacem meam do uobis pacem meam relinquo uobis. Ne ullus a proximo suo dissona & indoctrina pietatis. sed equaliter predicationem ueritatis ostendat. sed quoniam non qui est in equissimus in tanta rationibus pietatis inspergere. noui aliquid contra ueritatem semper inuenient. ab hoc frequent

58
dn̄s n̄r̄. prouidens humano generi purissimum. & fidelis-
simum principem ad zelum fidei suscitauit. & undique
sacer docui principes conuocauit. Quatenus gratia
omnium dn̄o n̄ro xp̄o operante ab uulibus xp̄i pestem
mendacii submoueret. Quod quidem fecimus communi
decreto. dogmata fugantes erroris. & integram patrum
renouabimus fidem. Trecentorum decem & octo symbolum
omnibus praedicantes. & tanquam propinquos pietatis
huius consensum recipientes patres adscriptimus. Qui postea
apud magnam constantinopolim conuenerunt. centum
quinquaginta. Quos & ipsi eandem fidem subsignauerunt.
Decernimus statui ordinem. & formas fidei reseruantes.
nos quoque apud ephesum olim facta est sc̄a synodum. Cuius
presides fuerunt sc̄e memoriae celesianus romane urbis
anastasius. & cyrilus alexandriae ecclesiae. profulgere
quidem recte & immaculate fidei. expositionem trecentorum
decem & octo sc̄orum. & beatissimorum patrum apud nicheam.
sub pie recordationis constantino principe congregatorum.
operare autem & iam centum quinquaginta sc̄orum patrum.
Apud constantinopolim constituta ad inter imendas
quidem quae tunc emergerant hereses. sufficeret quidem
ad plenitudinem cognoscendam pietatis. & confirmationem
prudens hoc & salutare per di gratiam symbolum. De patre
autem & filio & sp̄u sc̄o plenitudinem docet. Et dñi in
humanationem fideliter accipientibus representat. sed qm̄
ledere p̄dicationem ueritatis conantes. Propriis heresibus
nouas uoces proferunt. hu quidem mysterium dñi.

propter nos diuine dispensationis audentes corrumpere.
 & matris di uirginis appellationem recusant. Alii uero
 confusionem per mixtionemque introducunt. & unam
 naturam carnis. & deitatis. stulte confidunt passibilem
 unigeniti diuinam esse naturam confusionem portent nos
 & dicentes ob hoc illis omnem contra fidem uolens claudere.
 Praesens nunc sc̄a & magna atque uniuersalis synodus
 p̄dicationis huius ab initio inconcussam docens. Constatuit
 p̄ ceteris trecentorum decem & octo sc̄orum patrum fidem
 manere inlesam. & propter illos qui aduersum sc̄m sp̄m
 pugnant. machomenus posterioribus temporibus a patribus
 apud constantinopolim centum quinquaginta congregatis.
 De essentia sp̄s corroborat traditam disciplinam quam illi
 omnibus notam fecerunt non quasi deesse & aliquid p̄cedentibus
 inferentes. sed de sc̄o sp̄u suam sententiam promulgantes
 aduersum eos qui ueritatem ipsius ledere temptauerunt.
 Scripturarum testimonio roborantes. ac uero propter
 illos qui ministerium dispensationis uiolare conantur.
 Et purum hominem esse qui ex sc̄a uirgine maria natus est.
 Impudentiss delirantes epistolas beati quiri illi alexandrinae
 ecclesiae p̄sulis synodicas litteras ad nestorium & ad alios
 per orientem acceptissimas habet ad conuincendas
 nestori blasphemias. & ad inter p̄tationem aut amoris
 salutaris symboli quos sedesiderant. Quibus & iam epistolā
 magne & senioris urbis p̄sulis beatissimi & sc̄i ep̄i leonis.
 Quae scripta ē. ad sc̄e memoriae archiep̄m flauianum.
 & ad sensor pessimos eutyces auferendos quippe magni illius

petri confessionibus congruentem. & quandam columnam.
 nubis aduersum prauam dogmatam iure coniunctam
 ad confirmationem recta dogmatas. his enim qui uniuersalem
 filiorum dispensationem conuellerent mysterium
 manentur. Precepit illos qui passibilem dicitatem unigenita
 ausisunt dicere sacerdotali numero summoueri. & his
 qui duabus naturis xpi premixtionem aut confessionem
 dici estamant repugnandum. uel eos qui celestem aut
 alterius esse substantiae carnem quae illi est. adsumpta
 de nobis formam di neganter abicit. & quid uas quidam
 ante unionem naturas dñi fabulantur. unam uero post
 unionem confingunt anathematizant. Sequentes igitur
 scōs patres unum eundemque confiteri filium & dñm nr̄m
 ih̄m xpm̄ consona uoce omnes docemus. Eundem perfectum
 inditatem. Eundem perfectum in humanitatem dñi uero
 & hominem. uere eundem ex anima rationabili & corpore
 coessentialem nobis eundem secundum humanitatem
 per omnia nobis similem absque peccato. Ante secula quidē
 de patre genitum secundum dicitatem. In nouissimis autem
 diebus eundem propter salutem nr̄am ex maria uirgine.
 † Theotocon secundum humanitatem unum eundemque xpm̄ †
 filium dñm unigenitum induabus naturis inconfuse
 immutabiliter indiuisē inseparabiliter agnoscendum
 nusquam sublata essentia naturarum propter unionem.
 Magisque salua proprietate utriusque naturae. & n̄
 unam personam atque existentiam concurrentem. Non
 induas personas partitām atque diuisum neque disiunctam

FINIS EIUSDEM CONCL.

Sed unum & eundem filium unigenitum dnm uerbum
ihm sicut ante prophete de eo. & ipse nos ihu xpi erudiuit.
Et patrum nobis symbolum tradidit. his igitur cum omni
undique ueritate diligentia & sollicitudine anobis defendat.
Statuta sc̄a & uniuersalis synodus alteram fidem nulli licere
proferre uel conscribere aut componere aut sentire aut
docere aliquid. eos autem qui ausi sunt componere fidem
alteram fidem aut proferre aut docere. aut tradere alterū
symbolum uolenti uel conuerti. uel ex gentibus ad cognitionē
ueritatis uenire. uel exiudeis uel heresi. quacumque hoc
si epi fuerint aut clerici alienos esse. epi ab episcopatu. & clericos
ad clero. Si uero monachi aut laici fuerint anathematizari.

ETSUSCRIPSER UNIUERSI EPI

Pascha sinus epi. uicarius domini mei beatissimi atque
apostolici uniuersalis ecclesiae papae leonis urbis rome
synodo presidenti statu consensu & subscripsi. Lucensis
epi ciuitates ecclesiae ausculane. uicarius domini mei
beatissimi. & apostolici uiri uicari uniuersalis ecclesiae
pape urbis rome. Leonis in synodo grece lecta subscripsi.
Bonifacius prbe sc̄e ecclesiae romane statui & subscripsi.
Leontius romanor. anozolius constantinopolitan. prouincie
trachie. III. Quiriacus eraclensis. Pelucianus romanus.
Eudoxus. polyt. Lucianus byzet.

**PROUINCIAE TRACHIAE ALIAR
PRONCION. PHILYPPU PULITAN
SEBASTIANUS BERYIS. EPICLETUS
BEROIS. PROUINCIAE**

DIOCLETIANOPOLI-RODOPIS.

Basilus. traopolitanus. Marodianus. caerenus.
 Marius. enuntos. Docimasius. maximianu. prb.

PROUINCIAE-EMIMONTU.

Iobianus. demectu. Prouinciae illiri. vii.
 Anastasius. thesalonicensis. perquentallu. epf. aracliens.
 Saton. philippensis. Dar. damus. barralaa. Maxaminus.
 ferriensis. Nicolaus. seropiens. Anopatus. thassitanos.
 Eusebius. Douerutanus. **PROUINCIAE-ELLADIE-VIII.**

Petrus. corintu. Nicetas. megarensis. Iohannis. messenensis.
 Ofelmus. zeteas. Athanasius. opontuensis. Irenicus.
 naupactuensis. Domnus. plateonensis. Onesimus. algusanos.

PROU. QUIRTIAE-PRIMAE-VIII.

Maximus. anthiocenus. Macarius. Laudicensis.
 per eusebium prbm. anthiochenum. Theoctistus. beriensis.
 Gerontus. seleucensis. Rumulus. calchidonensis. Petrus.
 zabulensis. Maras. onosathensis. Sabas. palabensis.

PROUINCIAE-QUIRTIAE-SECUNDE-I.

Domnus. appamiensis. per mellitum. larisense.
PROUINC. CILICIAE-PRIME-VIII.

Theodorus. tarauensis. matronianus. pompui. polit.
 per theodorum metropolitani. Alexandrus. sabastensis.
 philippus. adanensis. Ypatius. Iesirensis. Theodorus.
 augustes. Cryssippus. mallitanus. salutus. coricytanus.
 per philippum. adanense. **PROUINCIAE-SECUNDE-III.**

Quirillus. anazarbensis. Policronius. ephiphaniensis.
 Johannes. flaviador. Indemur. ypenupolitanus. Julianus.
 russitanus. Bassianus. mompietensis. Per somfronium
 ep̄m. isauriae. Basilius. saleuciensis. Theodorus. claudio
 politanus. Julianus. caelende rotanus. Johannes. dioceariensis.
 Danielus. anagnosta. Ephiphanius. cęzestorensis.

Nampreus. titiupolitanus. Acatus. antiocesis. Lea
 manditor. per papa diacono. Ammonius. latapis. Ar
 lianus. selinuntomensis. Per paulum subdiac. Natalus.

fidel fitanus. tyrannus. germanicensis. **PRO
 UINCIAE FINICES XIII.**

Photus. tyruensis. Damianus. sidonensis. Paulus
 pholomidus. Olimpius. aradopolitanus. Paulus. profi
 ritanus. Thomas. paneados. Petrus. byblutanus.
 Per fotiu. pureutanum. Eustatius. per titu politanus.
 Theodorus. tripolitanus. Paraclidis. arcis. Alexandrus.
 anparadum. Porfirius. botryopolitanus. Per selo seum.
 Diac. Fosforus. ftrhosiadensis. **PROUINCIAE
 FINICES LIBANIUS VII.**

Theodorus. damarchenus. Uranius. emisiensis. Joseph.
 elipolitana. Thomas. culre politanus. Valerius. laudi
 censis. eutatius. syle saracensis. Jordanus. arabiensis.

PROUINCIAE ARBIAE XV.

Constantinus. bostron. Gulozius. filadel fiensis.
 Proclus. adraonensis. Theodosius. conothasiensis. Theo
 doretos. samosatenus. Johannes. cyropolitanus. Ti
 motheus. germaniensis. Eyoletius. dulicis.

Gaiusmanus. Ieygmatos. Patricius. perrensis. Rufinus.
neo cesariensis: **PROVINCIAE OSORONENSIS VIII.**

Nonnus. celabasadesis. Gaiusmas. marcupolint.
Johannis. caron-abramius. cafero circon. Danihelus. macedo
nupolit. Damianus. callinici. pote. Sophronius. constantinople.
Johannis. sacracenus: **PROVINCIA MESOPOTAMIAE VII.**

Symeon. amidensis. Noe. chepanent. Maras. Metaniens.
Iebennot. martyru. pote. Gaiusmas. inreles. Eusebius. suphranent.
PROVINCIA PALESTINA PRIMA VIII.

Iubenalus. hierosolymitanus. Clicon. cesariensis. Perzo
simus. episcopus. medinense. Leontius. achalonitanus. Fotinus
diopolitans. Paulus. anthedonens. Paracleos. azotopolitans.
Pancratius. abiadensis. Policronius. anepatridensis. Stephanus.
Iamniensis: **PROVINCIA PALESTINA SECUNDA V.**

Seuerianus. schitopolitanus. Annianus. capitoliador.
Iebinos. pelli sitanos. Johannes. gadariens. **PROVINCIA
PALESTINA TERTIA VII.**

Berillus. eliensis. Aretas. elusitanus. Musonius. zoroontens.
Marcianus. diotanus. huz. tiras. Maruanus. gaus.
PROVINCIA PALEX SEPIRU VIII.

Aticos. nicopolitanus. Marcus. eurias. Peregrinus.
finetenus. Eutacios. adriano politon. Claudius. aschia
mensis. Soaricus. cercarasnes. uon. Fictetos. dodonensis.
Johannis. pruticensis. Lenobius. bofroent. Lucas. doron
ciensis. Eusebius. apoloniens. Petrus. etimensis.

PROVINCIA TESALIA I. Constantinus. Demetrias.

PROVINCIA CRETE V.

Martyrios. gorginensis. Gennadios. ebussitanus. Cy-
rillus. sabretanus. Eufrazas. Eleutherius. Demetrius.
laupensis.

PROVINCE BYTINIAE PONTICIS VI.

Eunomius. nicodemonensis. Anastasius. niceas. Julianus. co.
& prbē. archiepī. leonta. Eleutherius. calchedos. Lallincus.
apamenus.

PROVINCE GALLICIAE PRIMAE VII.

Eusebius. ancyranus. Julianus. tabianus. Melitroggor.
lulio politanus. yperethius. asponotaniensis. Acacius.
cinnitanus. Eufrazius. galataniensis.

PROVINCE GALATIAE SECUNDE VII.

Theocastos. pisimictos. per fotau. archidiaconorum. helpidios.
myrece nontermis. Mysterus. ammoriu. Aquilas.
eudoxo ados. Quiriacus. tronacdensis. Pios. petemensis.

PROVINCE CAPADOCIAE PRIMAE III.

Thalasios. caesariensis. Mosonius. nissenus. Firminus.
termis.

PROVINCE CAPADOCIAE SECUNDAE III.

Patricius. tyanensis. Theodosius. nantiazensis. An-
stomachus. colonensis. Cyros. cybistronensis.

PROVINCE ARMENIAE PRIMAE III.

Iohannis. sebastensis. Cetrupius. sebastianopolitanus.
Iohannis. niceopolitanus.

PROVINCE ARMENIAE SECUNDAE III.

Constantinus. melitinensis. Acacius. arimantheus.

Adomus. crauissu. Perlochium. praesbyterum. Jo-
hannis. arcus. Per eufonium. praesbyterum.

PROVINCE PONTU POLEMONIACA III.

Dorotheus. neo caesariensis. Per fotanum. diaconum.

Johannis . polemoniacus . Graciadus . cerassun tenus .

Atarbius . trapezuntos . **PROVINCIE ELES PONTU VI.**

Seleutius . amassenus . Antoninus . ammissenus . Per olympium .
diaconum . Paralius . andrapontensis . per helpidium . prbyctm .

Atacus . Telonensis . Uranius . iborensis . per paulum . prbm .

Anthicus . sinopenus . **PROVINCIAE FLA FRONIAE V.**

Petrus . gattotanus . Ethericus . pampiupolitanius . Per epi
phanium . prbm . Renos . iulliopolitanius . policronius . oedy
rensis . Theodorus . soronensis .

PRVINCIA ONORIA DOS V.

Calegorus . claudiopolitanus . Theodorus . eracensis . A progo
monius . tautanos . Theophilus . adrianupoliz . per pelagium .

prbm . Genetalius . eracensis . Per eulogium . prbm . Olympius .

prosiadensis . Per modestum . prbm . **PROVINCIAE**

ELIS PONTIANI ANAE XI.

Dio genis . zycauntos . Petrus . dardanensis . Lalasius . pariu .

Dauid . adrianiensis . Eulalius . pionensis . Pionius . troa
dentis . Stephanus . pimanenus . Theusebius . iliu . Ormius

xydensis . Daniel . Lampfacenus . patricius . Adriopolitensis .

PROVINCIAE ASIAE XX.

Stephanus . efesinus . & hereticus . synirnenensis . Thomas .
ayilio comenus . Sebalemanianu . politanus . Eusebius .
clazomenus . Quiriacus . aedles . Mamas . animetu .

Leontius . magnisias . maioris . Quintus . focensis . Proclor .

algizenus . Basilicus . paleaspolitanius . philippus . neasly
letanus . Rufinus . oriolutanum . Olympius . euazotanus .

Esaius . cleas . Esperos . epitanensis . Petronius . myrmeus .

Neonius . myssenus . Paulinus . per pere notanus .

Marcellinus. metropolitanus. Julianus. yperopotanus.

PROUINCIAE LIDIAE. VIII.

Florentius. sardeonensis. Menecratis. corasensis. Patricius. crassensis. Polycarpus. gabalensis. Paulus. tripolitanus. Eliar. uendutanus. Consimius. ierocesariensis. Amaxios. selgon.

Andreas. fatalenus. Dionisius. attanensis. Archamedus. eiladensis.

Gemellus. foraticensis. Leucios. appollostieru. **PRO**

UINCIAE PAPHLAGIAE. VIII.

Ephiphanius. pergensis. Theo filius. adriassu. Neon. smisu.

Diodirus. usamiensis. Paulus. proclonensis. Marcellinus.

ysindonensis. mecedon. magidonensis. maras. crodroilonensis.

PROVINCE PAPHLAGIAE ALTERIUS. XXII.

Amfilocus. sudesensis. Zozos. suedronensis. Eudoxius. ellenoensis. marcanus. coralensis. Eusebius. cottanensis.

Obremus. coracesiensis. romanus. myrrensis. Aristodictos.

olimponensis. Eudoxius. chomathensis. Palladius. capitha

lensis. Cyrinus. patarensis. Lenodotus. telmisa. stephanus.

limmirensis. Croncon. passidonensis. Philippus. barbarensis.

Theodorus. antepollenus. Leontius. araxenus. antipatros.

caumenos. Cratinos. panormuzanos. Andreas. pchotoleo

tanus. nicolos. acassatanus. Romanus. bobonensis.

PROVINCE LICAEONIAE. VIII.

Onesiforus. iconensis. Neopholemus. cronensis. Paulus. deruens.

plutarchus. useron. Eugenius. canon. Rufos. sifer.

Tyrannos. imadanensis. scholias. lalandensis. **PRO**

UINCIAE PISIDIAE. XVI.

Pergamios. anthiocenus. Eutropius. adadonensis.

Paulus filomedensis Longinus apamenus Teocastus
 areu Eosaus metropolitanius Cyros simandensis libanius
 pallathonensis Alexander seleucensis Olipius soxopoli
 tanus sotanus sala gasutanius mesalimus laodicensis
 Bassones neapolitanus florentinus andriopolitanus
 musonius lumenensis Maximinus tozylonensis **PRO**
UINCIAE CAESARIAE XIII

Cretomanus afrodisius Dionisius anthiocenus Johannes
 alis donensis placanius iassu Pamas eristodensis Dionisius
 lato menus menandros eracleos lupetius stratonicensis
 Johannes amixonensis Tigthanius appolonenses Theodoreus
 alabandensis Johannes enidiensis Caladion alicarnarsen
 per publicanum p^{rbm} **PROUINCIAE**
FRIGIAE SALUTARIS XXII

Marianus finalidensis esubtus durelyu mirof byblan
 densis mocimus epsu philippus liciados Ehiphanus
 mardagensis Abirtius Ieraspolitanius Quiriacus eucar
 pensis eustocius Docimiu Bastius nacoliensis Aquila
 auro denus stragenius polipatenis **PROUINCIAE**
FRIGIAE PACATIONE XIII

Nunechius laodicias trinitarias Danibelus cadonensis
 Oodesus sebastensis Eulalius sibriensis mathias temesia
 densis paulus aristenis Icharis diomopolitanus
 Gemadius acemonensis Thomas theodisopolitanus philippus
 ageyras sidera Johannes trabeuzanur Euandros
 Dioclas gemnadius mosynenses **PROUINCIAE**

TONGSON. III.

Iohannis. rodu. florentaur. motylenensis. Eufrontaur.
chyu. Barachos. nazensis. **PROVINC. CYPRU. VII.**

Olimpius. constantiensis. Perdimimum. epm. lapitense.
Epa. fro dius. camasensis. Elodoros. amathuntos. Soteras.
theodosianensis. Didimus. lapitensis. Paroechius archenoens.
fominus. gytrenus. **PROVINC. AFRICA. II.**

Valerianus. bassianensis. ualerianus. afrus.

EXPLICIT CANONES CALCHEDONENS.

INCIP. CANON SERDICENSIS NUM.
XXI. DE EPIS ETIAM LAICA COM.
MUNIONE PRIUANDIS. QUI CIUI.
TATES MUTAUERUNT.

Osius eps dixit. Non minus mala con-
suetudo quam perniciofa corruptula funditus eradi-
canda est. Nec u liceat epo de ciuitate sua ad aliam transire
ciuitatem. Manifesta e. enim causa quahoc facere temptat.
Cum nullus in hacrem inuentus sit eps. quidem maiore ciuitate
ad minorem transiret. unde apparet auaritia e ardorem
eos inflammari & ambitionis seruire. & ut dominationem agant.
si omnes omnibus placet. huiusmodi permaes. seuius & austerius
uindictur. ut nec laicam communionem habeat qui talis est.
Responderunt. uniuersi placet. **ITEM DE EISDEM**
EPIS UT SI PER AMBITIONEM SEDEM MUTAUERINT
NEC IN EXITUM COMUNITON. SALTEM
LAICAM CONSEQUANTUR.

anno

347.

300. Episcoporum caesol.
Episcoporum I

Osius ep̄s dixit. Etiam si talis aliquis extiterit. temerarius. ut fortassis. excusationem afferent ad seueram. quod populi litteras acciperit. Cum manifestum sit potuisse paucos pro merito & mercede corrumpi eosque sinceram fidem non habent. ut clamarent in ecclesia. & ipsi sumptuose uiderentur ep̄m. Omnino hos fraudes damnandas esse arbitror. Itaque ne clauicam in sine communionem talis accipiat. Si uobis omnibus placet statuere. synodus respondit placet. **UT INTER DIO**

CORDES EP̄S CONTRA PROUINCIALES ANTES ILLAS AUDIANT QUODS I D A M N A T I S A P E L L A U E R I T R O M A N U M P O N T I F I C E M I D O B S E R U A N D U M Q U O D I P S E C E N S E R I T.

Illud quoque necessario adiciendum est. ut ep̄i de sua prouincia ad aliam prouinciam in qua non sunt ep̄i non transeant. Nisi forte a fratribus suis inuitati ne uideamur ianuam claudere caritati. Quod si in aliqua prouincia aliquis ep̄s contra fratrem suum ep̄m litem habuerit ne unus e duobus ex alia prouincia ad uocet ep̄m cognitorem. Quod si aliquis ep̄s iudicatus fuerit in aliqua causa. & putat se bonam causam habere ut iterum concilium renouetur. si uobis placet sc̄i petri apostoli memoriam honoremur. ut scribatur ab his qui causam examinarunt. Iulio romano ep̄o. & si iudicauerit renouandū esse iudicium renouetur. & ad iudices. si autem probauerit talem causam esse. ut non refricentur. eaque acta sunt. quae decreuerit confirmata erunt. si hoc omnibus placet. synodus placet. respondit. **UT N O U L L U S A C C U S A T I**

SECUNDUM USURPET EPISCOPI

III. **G**audentius ep̄s dixit. addendum si placet huic sententiae quam plenam sc̄itatem protulisset. ut cum aliquis ep̄s depositus fuerit eorum episcoporum iudicio quibus vicinis locis commorantur. & proclamauerit agendum sibi negotium in urbe roma aliter ep̄s in eius cathedra post appellationem eiusdem qui uideatur esse depositus omnino non ordinetur. nisi causa fuerit in iudicio ep̄i romani determinata.

QUANDO QUIS DEBEAT VICINIS PROUINCIAE EPS ORDINARI

V. **O**sius ep̄s dixit. si contigerit in una prouincia in qua plurimi fuerint ep̄i unum forte remanere ep̄m. & populi conuenerint ep̄s uicinae prouinciae debere illum prius conueniri ep̄m quia in ea prouincia moratur. & ostendere quod populo peccant sibi rectorem. & hoc iustum esse. ut & ipsi ueniant & cum ipso ordinent ep̄m. quod si conuentus litteris tacuerit & dissimulauerit nihilque rescripserit satisfaciendum esse populis. ueniant ex uicina prouincia ep̄i & ordinent ep̄m.

DE ORDINANDIS EP̄S PER VICOS ET MODICAS CIUITATIS.

VI. **L**icentia uero danda non est ordinandi ep̄m. aut in uico aliquo aut in modica ciuitate cui sufficit unus p̄b̄t. quia non est necesse ibi ep̄m fieri non uilescat. nomen ep̄i. & auctoritas non debent illi ex alia prouincia in uita facere ep̄m. nisi in his ciuitatibus quae ep̄s habuerunt. aut si qua talis aut tam populo sa est ciuitas quem eretur habere ep̄m. si hoc omnibus placet. synodus respondit. placet.

DE PROUINCIALI SYNODO
 & TRACTANDA PROVICARIOS EPISCOPI URBS
 ROMÆ SI IPSE DECREUERIT.

VII. **O**sius ep̄s dixit. placuit autem ut si ep̄s accusatus fuerit
 & iudicauerint congregati ep̄i regionis ipsius & de gradu suo
 cum deiecerint. si appellauerit quid deiectus est & confugerit
 ad ep̄m romanę ecclesie & uoluerit se audiri. si uisum
 putauerit ut renouetur examen. scribere his ep̄is dignetur
 qui in finitima & propinqua prouincias sunt. ut ipsi diligenter
 omnino requirant. & iuxta fidem ueritatis definiant. Quod
 si qui rogat causam suam iterum auri. Deprecatione sua
 mouerit ep̄m romanum ut elatresuo p̄b̄m mittat. erit
 in potestate ep̄i. quid uelit & quid p̄fam&. & si decreuerit
 mittendos esse qui presentes cum ep̄is iudicent. habentes
 eius auctoritatem a quo distanati sunt erit in suo arbitrio.
 si uero crediderit ep̄os sufficere ut negotio terminum imponant
 faciat quod sapientissimo consilio iudicauerit. **QUANDO**
ET IN QUIBUS CAUSIS EP̄I AD COMITATUM IRE DEBEANT.

VIII. **O**sius ep̄s dixit. importunitates & nimia frequentia & iniusta
 petitiones fecerunt. Nos non tamen habere uel gratiam
 uel fiduciam. Dum quidam non cessant ad comitatum
 ire ep̄i. & maxime a fri. Qui sicut cognouimus sc̄ssimifri
 & co ep̄i nri gratia salutaria consilia spernunt atque con
 temnunt ut non solum ad comitatum multas & diuersas
 ecclesie non profuturas perferent causas ut fieri soleat
 aut oportet aut pauperibus aut uiduis aut pupillis subueniatur.

sed & dignitates saeculares & administrationes sed & scandala
 excitant. honestum ē. autem ut ep̄i intercessionem his praesentent
 quimiqua. ui opprimuntur. aut si uia adfligatur. aut pupillus
 expoliatur. si tamen ista nomina iustam habeant causam aut peccati
 onem. si uobis fr̄i ergo km̄i placet decernite ne ep̄i ad comitatu
 accedant. nisi forte hi qui re legio si imperatoris litteris uel iurata
 uel euocati fuerint. sed qm̄ sepe contingit ut ad misericordiam
 ecclesiae confugiant quimuriam patiuntur. aut qui peccantes
 in exilio uel in sulis damnantur. aut certe quamcumque sententiam
 suscipiunt. subueniendum ē. his & sine dubitatione petenda
 indulgentia. hoc ergo si uobis placet uniuersi dixerunt placet
 & confirmatur. **DE DIACONIS AD COMITATUM DIRIGENDIS**

VIII.

Osius ep̄i dixit. hoc quoque prouidentia ur̄a tractare debet
 quid decreuitur ne ep̄i scilicet in probitas nitatur ut ad comi
 tatum pergant. Quicumque ergo quales super istis memo
 rauius preces habuerint uel acciperint per diaconum suum
 mittant. quia per sona ministri inuidiosa non est. & quae
 impetrauerit caelerius poterit refferre. & hoc consequens
 esse uidetur. ut de qualibet prouincia ep̄i ad eum fratrem & co
 ep̄m nr̄m preces mittant. qui metro poli consistat. ut illi & dia
 conum eius ut subplicationes defanet. Tribuens commendatitias
 epistolae. pari ratione ad fratres & coep̄os nr̄os qui in illotempore
 in his regionibus & urbibus morantur. In quibus felix & beatus
 augustus. rem publicam gubernat. si uero habet ep̄i amicos
 in palatio quicupit aliquid quod tamen honestum ē. impetrare.

& si dignus fuerit probatur diuino sacerdotio illustretur.
 quia conueniens non est ne ratio uel disciplina patitur ut
 temere & leuiter ordinetur. aut ep̄s aut pr̄b̄t. aut diac̄.
 quine officus. ē. maxime cum & magister gentium. beatus
 apostolus ne hoc fieri denunciasse & prohibuisse uideatur.
 sed hi quorum per longum tempus examinata sit uita & merita

fuerint conprobata. **QUAM DIU EP̄S IN
 ALIENA CIUITATEM REMORET.**

III. O si uel ep̄s dixit. & hoc quoque statuere debeat ut ex alia
 ciuitate cum uenerit ad aliam ciuitatem. uel ex prouincia
 ad aliam prouinciam & ambitione magis quam deuotioni
 seruiens. uoluerit in aliena ciuitate multo tempore residere
 forte enim euenit ep̄m locum non esse tam infructum. neque
 tam doctum si uero qui aduenit incipiat contempnere eum.
 & frequenter facere sermonem ut de honestate & infirmitate
 illius personam. ita ut ex hac occasione non dubitet relin-
 quere ad signatam sibi ecclesiam & transeat ad alienam.
 Definite ergo tempus quia & non recipi ep̄m in humanum. ē.
 & si diutius resideat perniciosum. ē. hoc ergo ne fiat proui-
 dendum est. meminimus autem superiore concilio fratres nostros
 confertuisse. Ut si quis laicus in ea in qua commoratur
 ciuitate tres dominicos dies. id est per tres septimanas
 non celebrasset conuentum communionis priuaretur.
 si ergo circa laicos confertur sunt. multo magis ep̄s. nec
 licet nec decet. si nulla sit tam grauis necessitas quae
 deaneat. ut amplius a supra scripto tempore absens sit.

ab ecclesia sua uniuersimodixerunt placere sibi. **NEC
LICEAT EP̄O A SUO ECCLE plus
TRIBUS EBDOMATIBUS AB ESSE.**

XV

Osius ep̄s dixit. quia nihil preter mita oportet. sunt quidam fratres & coep̄nri quononinea ciuitate in qua uidentur ep̄i esse constituta uel certe paruam rem illic habeat. ubi autem idonea predia habere cognoscuntur uel affectionem proximorum quibus indulgeant hactenus permitta eis oportet. ut accedant ad possessiones suas & disponant uel ordinent fructum laboris sui. ut post tres dominicos id est post tres ebdomas morari necesse est in suis potius fundis morentur. aut si est proxima ciuitas in qua est p̄b̄t ne sine ecclesiae uideatur. Illuc accedant ut neque res domestice per absentiam eorum detrimentum sustineant. & non frequenter ueniendo ad ciuitatem in qua ep̄s moratur. suspicionem iactantiae & ambitionis euadat. uniuersimodixerunt placere sibi. **DE ECCLESIAE
CLERICIS. AC COMMUNIONE SUB
MOTIS. AB ALIO Ñ RECIPIENDIS EP̄O**

XVI

Osius ep̄s dixit. hoc quoque omnibus placet. ut si uel diaconus siue presbyter siue quis clericorum ab ep̄o suo communione fuerit priuatus & ad alterum perrexit ep̄m. & scierit atque confugit eum ab ep̄o suo fuisse abiectum. Non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit sciat se conuocatus ep̄s causas esse dicturum. uniuersimodixerunt hoc statum & pacem seruabit & concordiam custodiat. **DE EXCOMMUNICATIS APUD VICINOS**

EPISCOPI AUDIENDIS.

VII **O**sius ep̄s dixit. Quod me adhuc mouē reticere non debeo. si ep̄s si quis forte iracundus quod esse non debet. cito & aspere commouetur aduersum pr̄bytm. si uel diaconum suum & extermiare eum de ecclesia uoluerit. prouidendum est ne innocens damnetur aut perdat communionem. & ideo habeat potestatem is qui abiectus est ut ep̄os finitimos interpellet & causa eius audiatur ac diligenter tractetur. Quia non oportet ei negari audientia roganti. & ille ep̄s qui iuste aut iniuste eum adiecit patienter accipiat negotium discutatur. ut uel probetur sententia eius a plurimis uel emendetur. Tamen prius quam omnia diligenter & fideliter examinentur eum qui fuerat a communionē separatus ante cognitionem nullus debet p̄sumere ut eum communioni societ. hi uero qui conueniunt ad audiendum si uiderint clericorum esse fastidium & superbiam. quia tam non debet ut ep̄s iniuriam uel contumeliam patiatur. se uerioribus eorū uerbis castigent. ut oboediant honesta precepta ep̄o. Quia sicut ille clericus sincerum exhibere debet amorem caritatis. Ita quoque uicissim ministri infugata debent ep̄o suo exhibere obsequia.

DE NON SOLLICITANDIS CLERICIS ALIENIS.

XIII **I**anuarus ep̄s dixit. Illud quoque statuat sc̄ta s̄ra. ut nulli ep̄o liceat alienus ep̄i ciuitatis ministerium ecclesie facere sollicitare & in suis parrociis ordinare. Um uer si dixerunt placeat. Quia & his contentionibus solent nasci discordia. & ideo prohibet omnium sententia ne quis hoc facere audeat.

**DE NON ORDINANDIS CLERICIS
ALIENIS SINE SUI CONSENSU EP̄I**

XVIII. **O**sius ep̄s dixit. & hoc uniuersi constitutum ut quicumque
ex alia parte rocia uoluerit alienum ministrum sine con
sensu ep̄i ipsius & sine uoluntate ordinare non sit rata
ordinatio eius. Quicumque autem hoc usurpauerit a fratribus
& coep̄is n̄ris & admoniri debet & corrigi. De praesbyteris
& diaconibus qui thesalonicam ueniunt quantum temporis
IBI RESIDEANT.

XX. **A**etius ep̄s dixit. Non ignoratis quanta & qualis sit thesalo
nicensium ciuitas. sepe ad eam ueniunt ex aliis regionibus
praesbyteri & diaconi & non sunt contenti breui tempore
morari & aut residentibus. aut certe uix post post longa
spatia ad sua redire coguntur. Uniuersi dixerunt. eadem
p̄ora qua constituta sunt circa ep̄iscopos. & circa has personas
obseruari debent. **DE SUSCIPENDIS HIS
QUI PERSECUTIONE PATIUNTUR**

XXI. **O**sius ep̄s dixit. suggerente fratre & coep̄o n̄ro. olimpio
& iam hoc placuit. ut si aliquis uim perperatus est & inique
expulsus pro disciplina & catholica confessione uel pro
defensione ueritatis effugiens pericula innocens & deuotus
ad aliam uenerit ciuitatem. non prohibeatur immorari
quam diu aut residere possit. aut iniuria eius remedium
acceperit. quia durum est eum qui persequutionem
patitur non recipere & largam beniuolentiam. & hu
manitatem ei esse exhibenda. Omnis synodus dixit uniuersaq.

uniuersaque confutata sunt catholica ecclesia in unō
 uerso orbe diffusa custodire. & suscripserunt qui conuenerant.

INCIPIT SUSCRIPITIO EPISCOPOR

Osius ab spania cordubensis. uicentius de capua legatus
 scē ecclesie romane. florentius ab spadonis de merita. Cusius
 ab spanis de cessaria augusta. maximus satustia. Por
 sirijs amachedonia de philippis. Euterius a procia de candos.
 moysius a thesalia de ceberis. Dioscorus de trachia. lucius
 atrachia de canopolim. Euagrius amachedonia de hera
 cliano polim. Iosimus ab accacia de litmedon. Diodorus
 ab asia de thenedos. aetius amachedonia de thesalonicum.
 parigonus arardania de scupis. athanasius alexandriae.
 Jonas amachedonia de paracopolim. machedonius ad
 ardania de ulpianus. fortunatianus aquilegensis. heliodorus
 de nicopolim. erius apalestina. cochras ab achia.
 ftercorius de canusia. martyrius ab achia. de neapolim
 seuerus. rauennensis. protasius. mediolanensis. Uerissimus
 agalia de lucduno. palladius amachedonia de du.
 Alexander ab achia de ceporisma. Tycius ab asia.
 demotonis. anianus ab spania de cassalona. Calipodius
 neapolitanus legatus scē ecclesie romane. Domitianus
 ab spadonis de asaurica. pretrextatus ab spanis
 de barcelona. bassus amachedonia de diadecianopolim.
 marcellus amachedonia de anquira. asclepius.
 apalestina de gaza. protozenis ab achia. deserdica.
 Ymeneus a thesalia de pharatha. Item lucius ab italia
 de berona. Iulius ab acatia de thebessem. athenodorus.

EXPLICIT CANON SERDICENSIS.

ab acatia deblatena. Alexander atheralia declarissa.
uitalis ab adachia deaquis ripensis. Trifon ab achia
demacarce. Gaudentius adachia denaiso. Nolipius ab
achia demagari. Caluius adachia ripensi. Decasera martis
Protarcus ab achia de patras. Euthenius appanonius.
Asturius dearabia. Deas apofibus. hieremius ab achia
desechoro. Dionisius ab achia de helida. Yrtacius ab achia
debrixa. martus ab achia desiscia. ualens ad archiapens.
desetto politanus. gerontus amachedonia debrebi. eua
uius ab achia alexander. ab achia. Demoremis & ceteri.
Et subscriperunt omnes epi diuersarum prouinciarum
uel ciuitatum. EXPLICIT CANON CONCILII SERDICENSIS.

INCIPI CANON CARIAQINGENSIS.

POST CONSOLATIONE gloriosissimorum impera
torum honorii .xiiij. & theodosii .viiij. augusti
viiij. kl. iunias carthagine in secretario basilice
fausta. Cum aurelius papa. una cum ualentiano primum
prouinciae numidiae faufano ecclesiae potentianae
prouinciae italiae picem legato ecclesiae romanae.
sed & legatis diuersarum prouinciarum africanarum.
Id est numidiarum utachem. mauritanie cesariensis. sed
& tripolim & uincenao colositano fortunatiano & ceteris
episcopis prouinciae proconsularis residenabus. CCXVII.
Nec non philippo & asello praesbiteris eque legatis romane
ecclesiae confedisset. Astanabus diaconus. aurelius episcopus dixit.
Post diem praesertatam concilii ut recor damini fratres bea
tissimi multa flagitata sunt. expectantes fratres nostros

Carthagine 3
celebratum.

anno 397.

Naso Turis
Augustinus felix

. quoniam ad presentem synodum legati aduenerunt. Quae
 gestas necesse est socienter quadere domino. De tante congre
 gatione coetu gratias referimus. super est uitam exemplaria
 niceni concilii quae nunc habemus & a patribus constituta sunt.
 Quam & iam hic adecessoribus nostris eandem synodum firmantes
 uel quae secundum eam formam per omnes clericorum gradus
 summo usque ad ultimum salubriter ordinatae sunt in medio
 proferantur. Ab uniuerso concilio dictum est proferantur.
 Daniel notarius recitauit niceni concilii professio uel statuta
 ita se habent. Et cum diceret faustanus episcopus plebis potentiae
 prouinciae italiae piceni legatus romanae ecclesiae dixit.
 Inuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam
 aliqua & iam in mandatis. Cum uero beatitudine tractanda
 sicut in ea gestis superioribus meminimus. hoc est de niceni
 canonibus ut conseruentur & constituta eorum & consuetudo.
 Quia & aliqua ordine & canone tenentur aliqua consue
 tudine firmatae sunt. De his ergo primitus si placeat beatitudini
 urae tractemus. & postea cetera quae acta uel incoacta sunt
 inserta firmabuntur. ut & ad sedem uenerandam rescriptas
 uris intromare possitis. Atque nos ammonuisse apud uenera
 bilem papam euidenter clareat. licet & capitula actionum
 iam inserta sint gestis. De his ergo ut superius dixi. Quid
 urae beatitudini placeat agere debemus. ueniat ergo
 communitorium in medio ut scire possit ura beatitudo quid
 in eo contineatur. ut singula respondeatur. Aurelius episcopus
 dixit proferatur communitorium. Quid fratres & con
 sacerdotis nostri actus nuper alligauerunt.

Et cetera quae acta sunt uel agenda sunt subsequantur.

Daniel notarius recitauit communitorium fratri
faustino & filio philippo & sollo praesbyteris. Iosimus
episcopus uobis commissa negotia non latent uos. Ita ac infra.
Immo quia in uobis praesentia est cuncta per agite.
Maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum &
uerba canonum quae in pleniorum firmitatem huic com-
munitorio inseruimus. Ita enim dixerunt fratres in concilio
nicheno cum de episcoporum appellatione decernerent.

Placuit autem ut si episcopus accusatus fuerit & iudicauerint con-
gregati episcopi sanctae reregionis ipsius & de gradu suo decernerint
cum & appellasse uideatur. Et confugerit ad beatissimum
ecclesiae romanae episcopum & uoluerit audiri. & iustum putauerit
ut renouetur examen scribere episcopi dignetur. qui in finitima
& propria prouincia sunt. ut ipsi diligenter omnia requirant
& iuxta fidem ueritatis definiant. Quod si quis rogat causam
suam iterum audiri. Et deprecatione sua moueri episcopum
romanum ut elateres suo praesbyterum mittat. Erunt in po-
testate episcopi quid uellit & quid existimat. & si decreuerit
mittendos esse. qui praesentes cum episcopo iudicent. Habentes
auctoritatem eius a quo distincti sunt erit in eius arbitrio.

Si uero crediderit sufficere episcopos aut negotio terminum imponant
faciat quod sapientissimo consilio iudicauerit & cum recitare.

Alipius episcopus ecclesiae tagastensis legatus prouinciae nu-
midiae dixit. De hoc iam superius & iam litteris concilii nostri
rescripsimus. & id nos seruaturus profiteamur quod
in niceno concilio constatam est. Adhuc amen

nemonouit quā cum inspiceremus greca exemplaria
 huius synodi nicheni. Ista ibinescio quaratione minime
 inuenimus. Unde petimus uenerationem tuam scāpapa
 aureli. Ut quia hoc authentū cum concilium nichenum
 murbe dicitur esse constantinopolitanū. Aliquos in scriptis
 tuae scītatis mittere digneris. Et non solum ad ipsum
 scm fratrem constantinopolitanum epm. sed & iam alexan
 drinum. & antiochenum uenerabiles sacerdotes qui hoc nobis
 concilium sub sapulatione litterarum suarum dirigant.
 Ut omnis post modum ambiguitas auferatur. Quia non ita
 ut frater faustinus attulit minime inuenimus ista.
 Nos tamen paulis per se uaturos ut ante dixi. Donec
 integra exemplaria ueniant profitemur. Petendus
 autem litteris nrīs & iam uenerabilis ecclesiae romanae
 ep̄s bonifacius. Ut ipsi quoque dignetur ad memoratas
 ecclesias aliquos mittere qui eadem exemplaria debeant
 secundum eius scriptam perferre. Nunc autem memorati
 nicheni conciliū qualia exemplaria habeamus. His getas
 sociamus faustinus ep̄s legatus ecclesiae romanae dixit. Nec
 urā scītatis praerudicat ecclesiae romanae. si ued hoc capitulo
 si ued alius qui ad dicere dignatus est fraternit. & eo ep̄s
 alypius dubios esse canones. Sed ipsa ad scm & beatissimum
 papam nr̄m scribere dignamini & ut ipse integros canones
 inquirent cum urā scītate. De omnibus constitutis trac
 tare possit. Sufficit autem ut & ipse beatissimus ep̄s
 urbis romae sicut & urā scītatis apud se tractat. Ita & ipse
 inquireat ne contentio inter ecclesia nasci uideatur.

Sed magis caritate fraterna deliberare possit ipso resonante
 quid melius obseruare debeat. Aurelius ep̄s dixit.
 Praeter ista quae promissimus actus necesse est ut & iam
 nrae prauitatis litteris sc̄o fratri & consacerdoti nri boni
 fatio. singulaque tractamus plenissima in memur. ergo
 si omnibus placet persecutionē ore omnium condiscamus.
 Uniuersum concilium dixit placet. Nouatus ep̄s legatus
 mauritaniae sitiffensis dixit. Nunc meminimus hoc com
 munitorium. & iam de praesbyteris uel diaconibus conuenerit
 qualiter audiri ab ep̄is suis uel a finitimis debeant quod
 in nicheno concilio minime legimus. Unde hoc ipsum
 iubeat sc̄itasura recitari. Aurelius ep̄s dixit. Recitetur
 ad locum & iam hoc quod deponatur. Dahel notarius
 recitauit de appellationibus aut clericorum id est minoris
 loci ē ipsius synodi certa responsio. De qua re quid acturi
 sitis credimus inferenda quod taliter dictam ē. O si uis ep̄s
 dixit. Quod me adhuc mouet reticere non debeo. Si ep̄s
 quis forte in acundus quod esse non debet cito aut aspere
 commoueatur aduersus praesbyterum siue diaconum
 suum et exterminare eum de ecclesia uoluerit. Prouiden
 dum ē. ne innocens damnetur aut perdat communionem.
 Habeat in potestate eiectus ut finitimos interpellat causa
 eius audiat. & diligentius tractetur. Quia non oportet
 negari ei audiendam roganti. Et ille ep̄s qui aut iuste
 aut iniuste eum reiecit patienter accipiat ut negotium
 discutatur. ut aut probetur eius aut emendetur sententia
 & cetera. Cumque recitarentur augustinus ep̄s ecclesiae

ipponiensis prouinciae numidie dixit. Et hoc nos
 ser uaturos profitemur salua diligentiae inquisitione
 concilii nicheni. Aurelius ep̄s dixit. Si hoc & iam omnium
 ur̄ae caritati placet & responsione firmate. Uniuersum
 concilium dixit. Omniaque in nicheno concilio facta sunt
 nobis omnibus placent. Iocundus ep̄s ecclesiae suffitule
 legatus prouinciae bizacene dixit. Quod statutum est
 in nicheno concilio uiolaria quoquam nullatenus potest
 faustanus ep̄s legatus ecclesiae romanae dixit. Adhuc secundū
 professionem sc̄itatis ur̄ae tam sc̄i alippii quam & iam fr̄s n̄i
 iocundi aliqua infirmari credo aliqua firmari quod non
 debeat cum iam indubium ipsi canones uenerint ergo ut
 placeat nobis. Et beatitudinis ur̄ae ad sc̄m & uenerabilem
 ecclesiae romanae ep̄m ur̄a sc̄itas referre dignetur. Ut & ipse
 quod sc̄i agustinus fatuere dignatus ē. deliberare possit.
 Utrumnam & hoc concedendum sit. An readendum hoc est
 de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc indubium
 uent. Et de hoc capitulo iustum est ut beatissime sedis ep̄s
 informare debeat. Si tamen adprobatur canonibus hoc
 inueniri possit. Aurelius ep̄s dixit. Etiam quae dudum
 ur̄ae caritati inuauimus. Nunc patemini exemplaria
 statutorum nicheni concilii. Sed & quae hic salubriter
 antris decessoribus secundum eiusdem concilii formam.
 Uel quae nunc a nobis ordinata sunt recitari & gestas inserri.
 Omne concilium dixit. Exemplaria fidei & statuta nicheni
 synodi quae ad n̄m concilium per beate recordationis
 olim pro decessore tuae sc̄itatis quinter fuit. Caelianū ep̄m

allatasunt sed & que patres exemplaria sequentes
hic confutuerunt. Uel nunc communi tractu statuimus.
his gefus ecclesiasticis inserta manebunt. Ita ut superius
dictum est uenerabilibus uiris antiochene alexandriae
sed & constantinopolitanae ecclesiarum episcopi scribere uera
beatitudo dignetur. Ut exemplaria uerissima concilii nicheni
sub stipulatione litterarum suarum dirigant. Quo declarata
ueritas eacapitula quae in commonitorio presens frater. & eo
episcopi faustanus. sed & conpraesbyteri philippus & asellus
secum adtulerunt. Aut ibidem reperta nobis firmabuntur
aut si non inueniantur. Collecta synodo de hoc in sequentia
tractauimus. Daniel notarius nicheni concilii professionem
fidei uel uis statuta recitauit in concilio africano.

PROFESSIO FIDEI NICHENI

Credimus in unum deum patrem omnipotentem uisibilem
& inuisibilem factorem & in unum deum in ihm christum filium dei.
Natum de patre unigenitum. hoc est de substantia patris. deum
de deo uero. natum non factum unius substantiae cum patre.
Quod greci dicunt homo uisum per quem omnia facta sunt.
siue quae in caelo. siue quae in terra. Qui propter homines & pro
nostra salutem descendit & incarnatus est passus homo factus est.
& resurrexit tertia die. ascendit in caelos sedet ad dexteram
patris. unde uenturus est iudicare uiuos & mortuos & in spem
Eos autem qui dicunt erat quando non erat. & prius quam
nasceret non erat. & quia ex nullis extantibus factus est.
Uel ex alia substantia dicentes mutabilem & conuerabilem
filium dei. hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

STATUTA QUOQUE NICHENI ET

In viginti capitulis similiter recitata sunt sicut in superioribus inueniuntur adscripta. Deinde quae in concilio africanis promulgata sunt acas p̄sentibus inserta noscuntur. Ut quae in nicheno concilio statuta sunt omnimodo seruentur.

Aurelius ep̄s dixit. haec ita apud nos habentur exemplaria statutorum quae tunc patres nr̄i de concilio nicheno secum detulerunt cuius formam seruantes. haecque sequentur constituta firmata a nobis custodientur.

DE TRINITATE P̄DICANDA

Vniuersum concilium dixit d̄o pro patris pari professione fides ecclesiastica quae per nos traditur. In hoc ceti glorioso primitus confidenda est. Tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum & consensu omnium astruendus. Ad corroborandas autem fratrum & episcoporum nr̄orum. nuper promotorum mentes ea proponenda sunt. quae a patribus certa dispositione accepimus. ut trinitatis quam nr̄is in sensibus consecratam retinemus. Patris & filii & sp̄s sc̄i unitatem. quae nullam noscitur habere differentiam sicut didicimus ita p̄populus inseruamus. Item ab uniuersis ep̄s nuper promotis dictum est. Plane sic accepimus sic tenemus. sic docemus fidem euangelicam cum ur̄a doctrina sequentes.

DE CONTINENTIA

Aurelius ep̄s dixit. cum preterito concilio ad continentiae & castitatis moderamine tractaretur. Gradus isti tres qui conscriptione quadam castitatis per consecrationes adnexas. Ep̄s inquam presbyteros & diaconos. Itaque placuit ut concederetur sacrosanctas ac diuinas sacerdotum nec non & leuitas uel qui sacramentalis diuinis inseruiunt. continentem esse omnibus.

quo possint simpliciter quod adō postulant impetrare.
 Ut quod aptido cuerunt & ipsa ser uauit antiquitas nos quoque
 custodiamus.

**DE DIUERSIS ORDINIBUS
 AB UXORIBUS ABSTINENDIS**

III Faustinus ep̄s ecclesiae potentinae prouinciae piceni
 legatus romane ecclesiae dixit. Placeat ut ep̄i presbyteri
 & diaconi uel qui sacramenta contrectant pudicitiae custoder
 ab uxoribus se abstineant ab uniuersis ep̄is dictum ē. placeat.
 Ut in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiat. qui altari
 inser uiunt.

DE AUARITIA

V Aurelius ep̄s dixit. Auaritiae cupiditas quam rerum
 omnium malorum matrem esse nemo quis dubitāt.
 Proinde inhibenda est ne quis alienos finis usurpēt aut per
 premium terminos patrum statutos transcendat. Nec omnino
 cuiquam clericorum liceat de qualibet resenuis accipere.
 Quamquam non uelle suggestiones quae uel obscurae sunt
 uel sub genere latent inspecte a nobis formam accipiant. Ce
 terum de quibus aperte diuina scriptura canxit.

Non est deferenda sententia sed potius exsequenda proinde
 quod in laicis reprehenditur. In multo magis debet in clericis
 praedamari. Uniuersum concilium dixit nemo contra prophetas.

Nemo contra euangelia facit sine periculo. **UT CHRISMA
 A PRAESBYTERIS NON FIAT**

VI Fortunatus ep̄s dixit. In praeteritis conciliis statutum meminimus
 esse ut xrisma uel reconciliatio poenitentium nec non
 & puellarum consecratio a praesbyteris non fiant.
 Siquis autem emer serit hoc faciens quid de eo statuendum sit

Aurelius ep̄s dixit. Audiuit dignationem fratris
 & coep̄m̄i fortunati quid ad haec dicitur ab uniuersis ep̄is
 dictum est x̄rime confectio & puellarum consecratio a pres
 byteris non fiat. Uel reconciliare quemquam in publica
 missa praesbytero non licere hoc omnibus placet.

**DE HIS QUI IN PERICULO POSI
 RECONCILIANTUR**

I Aurelius ep̄s dixit. si quis quam in periculo fuerit consecratur
 & se reconciliari diuinis altaribus petierit si ep̄s absent
 fuerit debet utique praesbyter consulere ep̄m. Et si per
 iclitantem eius precepto reconciliare quam rem debemus
 salubri consilio roborare ab uniuersis ep̄is dictum est placet
 quod sc̄ita s̄ura necessario nos instruere dignata est.

**DE HIS QUI IN ACCUSATIONE MAIORIS
 NATI UENIUNT ET UT EP̄O NULLI CRI
 MINOSO LICET ACCUSARE**

II Numidius ep̄s dixit assulutanus. praeterasunt quampturimi
 non bone conuersationis qui existant maiores nati. Uel
 ep̄os passim uageque in accusationem pulsandos debent

tam facile admitti necne aurelius ep̄s dixit. placet igitur
 caritati ur̄ae ut si quis aliquibus sceleribus in reatus est uocem
 aduersus maiorem natu non habeat accusandi. Ab uniuersis
 ep̄is dictum est. si criminis sus est non admittatur placet

**DE HIS QUI MERITO FACINORUM SUORUM AB ECCLES
 CONGRUE EXPROBANTUR**

III Augustinus ep̄s legatus prouinciae numidiae dixit hoc
 statuere dignamini ut si qui forte merito facinorū suoru

ab ecclesia pulsifunt. Et siue ab aliquo epō uel p̄bo fuerint
incommuniōe suscepti. & iam ipse pari cum eis crimine
teneatur. obnoxius refugienter sui ep̄i regulare iudicium
ab uniuersis ep̄is. dictum est omnibus placet. **DE PRIS QUI
A PROPRIIS CORRIPIUNTUR EP̄IS.**

X **A**lipius ep̄i legatus provincie numidie dixit. Nec illud p̄ter
mittendum est. ut si quis forte p̄b̄ ab ep̄o suo correptus
in timore uel superbiae inflatus putauerit separatim sacrificia
dō offerenda uel aliud erigendum altare contra ecclesias
ticam fidem. Disziplinam que crediderit non exeat impunitus.
Valentinus prime sedis provincie numidie dixit. Nec
sario discipline ecclesiastice & fidei congruasunt quae frater
noster alipius persecutus est. proinde quid uideatur ur̄ae
dilectione edicite. **SIQUE PR̄B̄ CONTRA
EP̄M SUUM INFLATUS X̄RISMA Fecerit ANATHEMASIT**

XI **A**b uniuersis ep̄is dictum est. si quis p̄b̄ ab ep̄o suo
correptus fuerit. debet utique apud uicinos ep̄os conueniri
ut ab ipsis eius causa possit audiri. ac per ipsos suo ep̄o conuolui.
Quod nisi fecerit. sed superbia quod absit inflatus. secernendum
se ab ep̄i sui communionē duxerit. ac separatim cum aliquibus
faciens sacrificium dō obtulerit anathema habeatur
in celum amittat. si queri moniam iustam aduersus ep̄m
non habuerit inquirendum erit. **SIQUE EP̄S
ABSQUE TEMPORE SYNODI IN CRIMINE DEIINUS
FUERIT ADUO DECIM EP̄IS AUDIATUR**

XII **F**elix ep̄s dixit. suggero secundum statuta ueterum
concliorum. ut si quis ep̄s quod non optamus in reatum aliquem

incurrerit & fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos
congregare. Ne in crimine remaneat ad uodecim episcopis
& presbiteris. ex episcopis cum proprio suo episcopo audiatur & dia-
conus a tribus. **UT NON LICENT EPISCOPIS
ALIURIMIS ORDINARE SED SINE NECESSITAS
FUERIT UEL A TRIBUS ORDINENTUR**

XII. Aurelius episcopus dixit. Quid ad haec sancta synodus. ab uniuersis
episcopis dictum est a nobis ueterum statuta debere
seruari. Sicuti & in consulto primatus cuiuslibet prouinciae
tam facile non presument. Multa congregati episcopi episcopum
ordinare nisi necessitas fuerit. Tres episcopi in quocumque
loco sint eius precepto ordinare debebunt episcopum. Et si quis
contra suam professionem uel subscriptionem uenerit in aliquo
ipse se honore priuabit. **UT DE TRIPOLI
UNUS EPISCOPUS IN LEGATIONEM UENIAT ET QUINQUE**

XIII. **IBIDEM A QUINQUE EPISCOPIS AUDIATUR**
Item placuit de Tripoli propter inopiam prouinciae
unus episcopus in legationem ueniat. & ut ibi presbiteri quinque
audiatur episcopus & diaconus a tribus ut superius memoratum est.
proprio episcopo residente. **DE diuersis ordinibus ecclesiarum**
seruentibus ut si quis in causa criminis incurrerit & ab-
